



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Ad B. Virginem Bernardinvs Stephonivs E Societate Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

4
A D B. VIRGINEM
BERNARDINVS STEPHONIVS
E SOCIETATE IESV.



O *Quæ niuales Exquilias tenes
Regina pulcri maxima Virginiū:
Pauliq; præsens structa seruas
Dædaleo monumenta sumptu:*

*Sic flaua semper quæ tibi tempora
Lambunt amico lumine sidera
Biffena pubescant, recenti
Flore comas redimita circum.*

*Si, quod nouauit tergemine potens
Paulus Tiaræ: Dardana quod pio
Supplex frequentat Roma cultu:
Semper adis memoranda templum.*

*Et tu corusca nube per aureum
Fusa lacunar, Virgineo sinu
Complexa fetum virginealem
Præses habe tua tecta semper.*

*Scimus quid ultrò sidere non suo
Molita quondam gesseris in niue;
Cum te secundam nil roganti
Tale dabis niue fulta Romæ*

*Virgo docebas Virgineum decus
Intacta: pacem et pectoris integri:
Et pacis illæscere pudorem
Perpetuum, duce te, sequentem.*

*O mater adsis: et tua sospites:
Et læta semper Regna superstites:
Stantemq; nec velli columnam
Impositio patiare gressu.*

*Quæ mille Paulo promeruit pudor
Iam notus urbi, notus et orbibus,
Et notus astris, mille Paulo
Secla Patri sine fraude dones.*

*Quæ nec tumultu classica bellico,
Nec tabe fæda pestilientia nocens,
Nec culpa, nec fallacis urnæ
Gratia, nec scelera vlla vexent.*



*Veni de Syria
Lucei
Virg. 2. Georg.*